Mythologia, Padoue, 1616 - 38 : Apollon assyrien tenant un fouet et des épis de blé

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

Images, Lyon, 1581 - 06 : Apollon entouré d’animaux et tenant les Grâces en main; Apollon assyrien tenant un fouet et des épis de blé *a pour adaptation ce document*

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

Imagini, Venise, 1571 - 07 : Apollon entouré d'animaux et tenant les Grâces en main ; Apollon assyrien tenant un fouet et des épis de blé *a pour adaptation ce document*

Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)

Mythologie, Lyon, 1612 - 33 : Apollon entouré d’animaux et tenant les Grâces en main ; Apollon Assyrien *a pour alternative ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia*Padoue, 1616 - 38 : Apollon assyrien tenant un fouet et des épis de blé, 1616

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN : https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7757

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 179
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024



Fichier issu d'une pa

De Apolline. CAP. X.

FVIT Apollo, vt diximus, Latonæ Iouiſq; filius, ſiquidem Latona à Ioue compreſſa vno partu Apollinem & Dianam peperit, vt ait Heſiodus in Theog.

Λητὼ δ' ἀπόλλωνα ϗ ἄρτεμιν ἰοχέαιραν,
ἱμερόεντα γόνον περὶ πάντων οὐρανιώνων.
Γείνατ' ἄρ' αἰγιόχοιο Διὸς φιλότητι μιγεῖσα.
At Phœbum peperit, peperit Latona Dianam.
Pignora cunctorum quæ ſunt clariſſima diuum,
Cælicolum regi magno coniuncta tonanti.

Quare Apollo ita gloriatur apud Ouidium, ſe è Ioue natum eſſe:

—— mihi Delphica tellus
Et claros, & Tenedos, Pataręq; regia ſeruit,
Iupiter eſt genitor.

Herodotus autem in Euterpe non Iouis, at Dionyſi filios fuiſſe Apollinem & Dianam ſcribit in his: *ἀπόλλωνα δὲ ϗ ἄρτεμιν, Διονύσου ϗ Ἴσιος λέγουσιν εἶναι παῖδας. Λητοῦν δὲ τροφὸν αὐτοῖσι, ϗ σώτειραν γενέσθαι. Apollinem ac Dianam Dionyſi, & Iſidis filios eſſe aiunt. Latonamq; illorum fuiſſe nutricem, cum illos ſeruauerit.* Nam Latona cum eſſet vna ex octo Dijs Aegyptiorum, à Cerere depoſitum apud ſe Apollinem ſeruauit, cùm in inſula Plote ſiue natante ab impetu Typhonis Oſiridis filios quærentis protexiſſet. Hos filios qui Latonæ attribuunt, in Delo peperiſſe dicunt, vt teſtatur Cicero in actione 3 in Verrem. Poſtridie cùm ſpoliatum fanum viderent ij, qui Delum incolebant, grauiter ferebant: eſt enim tanta apud eos eius fani religio, vt in eo loco ipſum Apollinem natum eſſe arbitrentur. Atque Homerus hymnographus in Delo palmæ arborem fuiſſe inquit,

Digitized by INTERNET ARCHIVE
Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7757?context=pdf